

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Htz: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Thomazij causa servestanae iezehum M. Teti a fena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelinii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Calumnias
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Strenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



##\$ LXXX.

HYMENÆUS
In
Honorem ac laudem
VIRI

Prestantiss. Humaniss. Doctissimi,
DN. M. ERNESTI VVULSTORPII S. A.
Scholæ Berenburgensis p. t. Rectoris
dignissimi;

&
Fœminæ

Honestissima Pudicissimaq;

MARGARITÆ PAULINÆ,
DN. MARTINI BIBERTI p. m.
Senatoris olim Servestani primarii
viduæ;

SPONSORUM,
Concinnatus decantatusq; Servestæ
A. D. XIII. Cal. Febr.

ANNI
M. DC. XXIII.

à
*Fautoribus & Amicis
optimis.*

Impressum Servestæ
à Zacharia Dörffero.



EPITHALAMION

In

Nuptias Ornatissimi & Doctissimi

VIRI

DN. M. ERNESTI VVULSTORPII

Scholæ Bernburgensis Rectoris amici
sui colendi,

Dulce quidem thalami vinculum, nexusq; sua-
vis,

Officium prestat Pars ubi quæq; suum:

Instar ubi Capitis vir cum ratione gubernat,

Et nutrit sociam, protegit atq; tori;

Odit non propriam carnem (nisi lumine mentis

Cassus) sic sociam qui ratione valet:

Obsequiosa viro conjunx & blanda virago,

Adjutrixq; domus esto apis alma sue:

Mutui at officii non est nisi mutuus autor

Suadens non cogens, federis ictus Amor:

Sponte amor officium facit, & placuisse sodali

Qui studet, obsequium tunc habet ille tori.

A 2

Inteme-

Intemerata fides alit & communio sortis:

*En tua quæ mea sunt; En mea quæ tua sunt.
Ast ubi suspicio irrepet malefœda & Erinnyis;
Tartarus, haud Cœlum vita jugalis erit,
Sed tibi Conjugium blandum, sine lite beatum,
VVulstorpi, ex animo comprecor ipse meo.*

*Ἐφύθησας
fundebat*

M. Cunradus Reinhardus
Superintendens Bernburgen-
sis.



Ad Dominum Sponsum.

Sicne putas mores seclī mutasse recentes
Wulsdorpi, pulcrum? Sicne vetusta placent?
Mos pueris modò qui cæperunt ære lavari
Et rigidaæ metuunt virgea sceptrâ Soholæ,
Sacra ausu thalami fædo temerare jugalis:
Mos ambire udis nomina sancta Patrum.
Hem seclī mores! Altæ quo degener ætas
Virtutis Patrum posteritasq; tuis!
Humani labem hanc generis vos vincula legum
Grassari finitis? nec cito fertis opem?

Tu

Tu veteris mores Secli instaurare paratus,
Wulsdorpi, exemplo nobiliore præis.
Te sua non poterat traxisse in castra Cupido,
Dum traheret mentem divus Apollo tuam.
Leucoræ Iuvenem Musæ traxere, valenti
Imperio Divarum improba victa Venus
Guttalus hinc ad se traxit tua pectora & undas
Infudit Sophiæ victa proterva Venus.
Arctorea has animi dotes mirata quid inquit,
Hoc dignum nisu gratia nostra feret?
Dixit, et eduxit regalia sceptrâ Scholarum,
Inq; tuas sponte tradidit ipsa manus
Hæc cape, fata, mei Rector dignissime ludi
Te vigeant valeant pignora nostra duce
Vidit & incaluit toties jam passa repulsam
Omnia quæ vincit ingeniosa Venus.
Ecce maritali dignum ordine dixit Alumnum
Musarum, dignum perpete laude virum:
Ferte citi pharetam, date tela valentia, pectus
Hac vice non franget robora nostra viri.
Dixerat & medium pectus transegerat, alto
Vulnere, felici vulnere certa manus
Nobile namq; sui legit medicamen in hortis
Et blandâ tetigit pectora læsa manu.
Ad movit medicam plagæ dextram ocyus altæ,
Fæminei sexus applicuitq; decus

A 3

Ecce

Ecce coit vulnus: redeunt in pectora vires
Antiquæ, & majus robur ab arte venit
Hoc est quod grator vulnus Suavemq; medelam,
Wulsdorpi, Aonii gloria magna chori.

Marcus Fridericus

Wendelinus. G. A. R.



Senior

Autoris & Scholæ Bernburgensis.

Patria cara mihi Schola, contra carior auro,
Que Te que que so tristia fata premunt!
Sex à Frencelio numeramus lustra, duosq;
Annos, & sextus te moderator habet!
Ab habui! Aoniis quis posthac imbuet undis,
Et doctâ pubem quis reget arte meam?
Frencelium Servesta dedit fidissima, septem
Ac viginti annos præsuit Ille mihi
Wulstorpum Servesta dedit, pernicibus, ante
Annum nunc, phæbus quem per agravit equis.
Omnia Frencelio similem, cultumq; laboremq;
Et doctâ fidam cum pietate fidem.

Invi-

*Invidet at vidua una bonum mihi femina tantum
Meq̄ iterum viduam prob dolor ! esse facit.
Invidiam invidiâ non compensabo, malumq̄
Pro tanto reddam non ego spreta malo.
Vive diu VVulstorpē, diu tua femina vivat,
Sed non in sterili vivat, ut ante, thoro.
Atq̄, hæc pauca boni bonus, oro, consule, non est
Carminis in tristi pectore mica boni.*

Christophorus Ludovicus
Diaconus Bernburgæ ve-
teris in Patriâ.



ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ

In honorem Clarissimi & Doctissimi

VIRI

DN. M. ERNESTI VVULSTORPII

Scholæ Bernburgensis Rectoris, cele-

brantis nuptias cum honestâ & pudicissi-

ma Matronâ

MARGARETHA PAULINA,

Prudentissimi Viri

MARTINI BIBERTI

Reipublicæ Servestanæ Senato-

ris dignissimi, relictæ

viduæ,

Dum

Dum Brumale riget glacialis frigore celum,
Et Boreas gelidam spirat ab axe nivem,
Et non gramineâ campi ulli in veste virefcunt,
Arboreæq; comæ ftant sine honore domus;
Dumq; nimis fervent immanibus omnia bellis;
Et saturata hominum fanguine terra gemit,
Mœnibus in noftris mifto clangore tubarum
Nunc agili reboant tympana pulfa manu.
Quæ fit caufa rogas? tanto en focialia plaufu
Erneftus parat his gaudia temporibus.
Huic datur in dextram fancto fata femine cõjux,
Edita Paulinâ Margaris ipfa domo.
Quam pudor illuftrat, quam rara modestia mo-
Et pietas cunctis anteferenda bonis. (rum
O lætare tuæ thalamis, lætare maritæ
VVulftorpi, Aonii gloria magna chori.
Illa tibi curas omnes hoc tempore pellet,
Atq; erit in cunctis hæc medicina malis.
Margaris & gemmis & erit preciofior auro,
Cum qua dulce tibi vivere, dulce mori.

M. Ifaac Gregorius.

AD

AD DN. SPONSUM.

Si quis vult vitæ sociam sibi jungere caute,
Ille ferat viduam virginis ante toro.
Mollibus instructæ plumis, rebusq̄, requirit
Quas usus, Vidua sunt bene, vulgus ait.
Vulgus ait, sed quod sapientum exempla virorum
Et quod Doctorum facta subinde probant.
Nempe, tuæ quæ sit super hoc sententia menti,
Exemplo placuit, Sponse, probare tuo.
Ingenio cum sis vegeto, florentibus annis,
Vires cum valido robore stentq̄, sua.
Cum Te præ reliquis, sed honestâ lege, maritum
Hactenus optarit multa puella suum.
Intrare in thalamos Viduæ vis Virgine spreta,
Cum qua nunc aram sisteris ante sacram.
Scilicet haud plumæ solum placuere, nec illæ
Quas vitæ varias exigit usus opes.
Non domus & fundus non aris acervus & auri,
Non ignota tibi quæ tenet arca domi.
Quam tamen & justo, sua ubi secreta marito
Pandit, recludet tempore Sponsa tibi.

B

Longè

Longè aliud fuerat, quod suspexisse videris,
Longe aliud, placuit quod bone Sponse tibi.
Mentem ornat Pietas veneranda, Modestia vultū,
Plurima jucundâ gratia fronte sedet.
Quin etiam tolerat quosvis impigra labores
Muneris in partes officiosa sui.
Hæc sunt, quæ faciunt viduam præferre Puella,
Cætera, si quæ sunt, sunt ea nota tibi.

M. Petrus à Jena.



Ad Dn. Sponsum,

Doctrina & virtute præstantissimum, &c.
amicum pl. honorandum.

Quisquis, quod reliquum, benè vult decurre-
Inter & optatâ prælia pace frui(re, vitæ,
Sit pius, & sociam, ratio quam sana coronat
Et pietas, quærat, consocietq; toro;

Dura

Dura ruinosi releuet quæ tædia secli,
Sitq; catenatis grata medela malis;
Seq; suâ cautus mediocri sorte reservet,
Nec cuiquam facilis sit, sociusve nimis
Namq; fides quia nunc rara est, benè fermētato
Simplicitate astus digna tropæa gerit.
Ah quoties quæ nupta tuis adstricta lacertis
Imparili affligit te, malè-fida, fide!
Hei quoties fratremve, Patremve, piūmve pro-
Qui se vaniloquo buccinat ore tuū (pinquū
Te premit, & turbat tranquillæ commoda pacis,
Sævus ubi motus mentem animumq; rapit.
Ergò quòd hæc & mōstra, & vitæ incōmoda vitas,
Et benè sic cautus quæ fugienda fugis;
Utq; fluant reliqui tibi melle suavius anni,
Connubio sociam, dulcis amice, legis
Talem, quam pietas, ratioq;, & candor honestat,
Fidere cui tutò teq; tuumq; queas,
Quæq; tuam modicis fortunæ dotibus ornat
Virtutem, quâ alto clarus honore nites:
Quis te, Sponse, catum non heïc & jure beatum
Prædicet, & lætâ gaudia mente ferat?

B 2

Ipsè

Ipsè tuâ meritò congaudeo sorte, tuorum
Qui diu Amicorum pars quotacunq; fui:
Et tibi principium thalami, mediumq; beatum,
Et finem placidum det DEUS ipse, precor.

M. Georgius Enderlin-
gins S. Pastor Al-
tenbur:



Velle suum cuiq; est, magnus tenet ardor habēdi
Multos, aſt alium temnere multa iuvat.

Virginis huic amor est, Viduæ sed dulcior illi,
Frigidus in vacuone cubet usq; toro.

Virgo mihi potior, censoris agenda mariti
Virga, quæ Viduæ est dura placetq; minus.

Sed, pie Sponse, tibi, volventi corde Coronam
Fœmineam, Viduæ ritè probatur amor.

Hinc bona cuncta velim thalamo cōtingere vestro,
Pace thorus vigeat, prole domus valeat.

Vivite felices, & æq; tam prosperet ambos,
Quàm procul à thalamo dejiciatur æris.

Honoris & amoris ergo
E.

M. Christophorus Net-
telbecius B. A. in Patria ad
D. Ægydii Diac.

Jam

ALIUD.

Iam tibi servitium video, dominamq; paratam,
Nunc est libertas omnis adempta tibi.
Servitium sed dulce datur, nam compede amicâ
Vincto, blanda tibi vincla ministrat Amor.
O si multi hominum sentirent hosce dolores,
Dixeram amores, non tot mala in orbe forent.
Non tot adulteria, incestus, stupra, totq; nefandi
Concubitus fierent, tot scelera atq; mala,
Quæ nunc incestant cheu! tot regna, tot urbes,
Quæisq; saburratū est, nempe Solum atq; Salum.
Quare, qui sapiunt, maturo tempore ritè
Legitimi subeant vincla sacrata tori.
Divini ut memores sint ordinis atq; statuti,
Nec mala cum tristi damna pudore patrent.
Hoc dum Erneste facis, Jovæ gratissima præstas
Munia & æternæ Legis es usq; memor.
Ducis enim sponsam, multâ virtute coruscam,
Moribus, ingenio, judicioq; gravem.
Et viduam, sed adhuc, quanta hæc est gratia! *ἀτεχνον*
Quæ tamen atq; brevi est blanda futura parens.
Nam vix triginta, vel nondum, vidit aristas,
Qui flos in viduis dicitur esse novis,

B 3.

Quid?

Quid? quòd fortunæ donis mediocribus aucta,
Possideat propriæ tecta colenda domus.
Et quis non talem virtute opibusq; potentem,
Consortem socii vellet habere tori?
Ast valeant viduæ, viduatæ opibusq; bonisq;,
Quæq; tenent culti jugera nulla soli.
Et licet ægroto haud deducat corpore febres:
In foro at argenti cernitur ipse valor.
Omnia contingunt mortalibus, omnia nummo,
Pectoris exceptis ingeniisq; bonis.
Quæ querenda alibi non nescis, candide Amice,
Et nisi ab æterno Numine posse peti.
Tu bona at ut Sponsæ locupletes, Sponse, videbis,
Quæq; ædes vestræ nondum habuere, pares.
Prolem inquam teneram, referentem utrumq; pa-
rentem,
Omnia iis similem, lumina, corda, manus.
Et tua uti multâ faciat te prole parentem,
Sors faveat, vos & sospitet alma Salus.

*M. Martinus Cra-
merus.*

Ad



Ad præstantissimum

VIRUM

DN. M. ERNESTUM VVULSTORPIUM,
Scholæ Bernburgensis RECTOREM,
SPONSUM.

Olim MAGISTRUM, nupereq; RECTOREM
Sum gratulatus, publicis typis exstat
Utrumq;, subjeciq; forsit imprudens
Restare tertium, quòd omne trinum sit
Perfectius, SPONSUMq; te fore exegi.

Atat quidò ERNESTE serui adpendix
Adficta mox extorsit hæc tibi? Sponsus
Opinionem prævenis meam, scribtò
Promissa poscens metra tertiumq; illud
Me, tunc stilò quod addidi jocabundò.

Ad ista caldus vota ducis Uxorem,
Ne turpe-mancum fors opus poëtanti
Musis Amico mollibus relinquatur?

Quid

Quid si joculari degener meo pergam
Promore, Carminiq; postulem quartam
Quintamq; , sextam & septimam, secuturas
Plureisq; causas? è novô dabis lectô?

Fac quæso sodes, meq; defatigatum
Verbis struendis versibusq; fingendis,
Non subgerendis fessus ipsemet causis
Ride, ferens trophæa turpiter-victô.

Verum anne (Et hoc quia addidi) laborandum
Sit nunc, idem ut forsan brevi mihi præstes?
Non id poposcisti, puto rependendis
Ne macerere versibus super curas
Jam-nunc manent quæ te graves, vicissatim
Et heic quod usq; lusites reperturus.

Sed libero tantum meam fidem Et grator;

NΤΝ δὲ πάρες ἡμᾶρ, σχεδὸν ἔποτα μέλλου. Ἐρα]Θ
Ω. Ἐρενε γένε καὶ τὸ ἀζέμα φίλον.
Καε]Θ δὲ ἐν θ' ὑπατον, τὸ τέως ἐσχέσκεν ἀθυρμα
Ἡδὲ γέλωτα, θεῆς τῆς πολυχρύσας ὄρεας;
Ἄξι μέγα σμικροῖο μλύΘ, τὸ τέως ἀπέειπες,
Παιδὸς ἐπ' ἡμᾶ αἰεὶ τόξα φέρον]Θ ὄρεας;
Οὐ]Θ ὁ ἀνθρώπων ἐπ' ἑοσελαί, ἔτε πᾶφευκεν,
Ὅς φύγε τὰς τέχνας κύπερ]Θ ἠδὲ λόχους;
Παῖς τε ὅδε θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει,
Πάντας ἴσω βέλβη ἀμφοτέρωθι βέλβη.

Διωνέος

Οἰωνὸς τε δῖππετάς, καὶ ὄσα ὁ πόντος·
ὄσα, χ' ἢ ἠπειρος, θηρία πάντα, τρέφει.
Τερπικερφύνοιο ζηνὸς νόον ἤγαγε, πάντων
ὄς τῶν βραβύων δῖ μάλιστα ὄμως.
Καὶ σοι ἐπεισομένην αἰεὶ πλάττεισκες ἀδείην
Ὀυκ ἐθέλων Ζεῦ γ' ἄτ' ἐλκέμεναι;
Ὀυχ' ἔτι τὸ πάθος περτέρωσέ τοι ἔχ' ὑπαλύξαι;
Ὀυδὲ Φυλάττεισθαι δῖ νόσημα θ' ἀβρόν.
Αὐτόνομος δ' ἀπέβης μὲν ἄδην νῦν δητὰ, κόμιζε
Καὶ ποτε τὰς γαμικὰς, ὦ ἄνερ ἑσθλὲ, Φίμυς.
Ἄρχου τῆς Φιλότητος, ἔχ' ἴσ' ἑσθλὰ; νέοιο
Ὀυ καταγρηθόσκειν ἐν κενῷ ἔστι λέξι.
Ἦνιδε ἀλλὰ τείν κοίτης θεὸς αὐτὸς ἐλάειν
Καὶ ἄλοχον, χήρην λειριόεσσαν, ἔδω.
Χαῖρ' ἔρνεσθαι μάκαρ, δαίνυ γάμον ἡμερέεντα
Τίμιον ἀνθρώποις, τίμιον ἠδὲ θεῶ.
Ὀυνόμα' ἔπε θολὰ χήρης, θαμὰ γίνε' ἄρειων
Χ' ἠδύπερος χήρης, παρθένῃ ἠπερ, ἔρω.
Χήρα μὲν ἐν θεοπέσῃ ἔχειν πόσιν οἶδεν, ἀκέρην
Κυρία ἐργομύρα καὶ ἐπιτελλομύρα.
Χήρα πάλ' ἀμφιπέπν' ἐγνώκεν ἅπαντα πανέργως
Ἔργα, καὶ ἠνιοχεῖν οἶκον ἐπισταμένως.
Αὐτόνομος δὲ ζῆν ἀερατῆς εἴωθε νεάνις
Ὀικοσι, πείθεισθαι μηδὲ τῶ ἀνδρὶ θέλει.
Πόση, ἢ ἔδεν ἔχ' σοφίης, μεμάτηκε καὶ ἔδεν,
Πόση, ἢ οὐκ ἐθέλει, ἔτε καὶ οἶδε πονεῖν;
Ἦσι πόντος σύμπας καὶ πᾶσ' ἀρετὴ ἔτι καθεύδει
Λίην ἔως ἠὲς ἠεργένεια Φάνη
Ἐσθλὸν ἠδὲ πειν, καταπλαττέμεναι τε παρείας
Τῶ ψιμύθῳ, καὶ αἰεὶ ὦπ' ἐν ἐνόπρῳ ἔχ' ἔν.
Ἐξασκεῖν κεφαλὴν γναμπῆς, ἐλίκεσσι καὶ ὄρμοις,
Χ' εἴματα ἐνδυσθαι σιγαλόεντα χεῖ.
Ἐσαμύρας τε θυρήσιν ἐφ' ἴσασθαι, καὶ ὄρσθαι,
Ἦδὲ σὺν ἀμφιπόλοισι βαινέμεναι πρὸς ἴσους

C

Ἦ 24-

Ἡ Δροκυπέμεναι θυρίδων, ὀλίγη ἐφ' ἕδρης
Ἄτρεμέην αἰσχεῶς ἢ ἀναπαυομένης.
Καὶ καλλίστη ἢ ἔσσι πρὶν, ἀνχιπεσώτη θεῶς
Χειρὶς τε πέλῃ ἀρετὴ γαμησαμένη.
Φεῦ σέο, Φεῦ ὦ ἄνερ μελεώτατε, ὣτινι ταύτης
Δόξομένη ἔσειαι τῆς ἀρετῆσι γυνή!
Πάντα γὰρ ἀβλεμέως καταπράττεται, ἠδὲ πρὸς χωρεῖ
Πάντα κακῶς, κείται πάντα ἐν οἴκῳ ὅλῳ.
Τὸ γένεον ὑμῶν μὲν σ' ὀδαιμόνα ἄνδρα δικαίως
Νυμφίς, ἴω ἄλλην δῶκε γυναῖκα θεός.
Εὐ μάλ' ἐπισυμμένην πάντα πρὸς ἡεσθ' ἐν οἴκῳ,
Δήνεα καὶ δόμῳ ἀρεθῶ ἐν ἀμμορῆ.
Καλλώπισμα σχολᾶς τε φυλασσομένην, Φιλέσσαι
Ἐλ' ἀγανοφροσύνην ἠδὲ μάλιστα πόνης.
Οὐ καθυλακτέσσαν κυνικὴν τί λέγοντι τῷ ἀνδρὶ,
Ἄλλ' αὐτῷ ἐν ἅπασ' αὐτίκα πεισομένην.
Συγχαίρω ταύτης πῖν ἐκ θυμοῖο δάμαρτο
Φίλτατε συμπάντων ὦ Φίλ' ἔμοιγε Φίλων!
Κ' ὀχομαρῶ φραθὲλθ' θεός ὑμῖν ἅπαντα δίδοσθ'
Ἄσι, ἀποσρεφόμεν τῶν δὲ κλύδωνα κακῶν.
Ἄγνα σέβιζε λέχη, κατὰ γηρόσκων ἐνὶ αὐτοῖς,
Ἄγνη σὺν Νύμφῃ, μηδ' ἀτύχημα παθῶν
Πολλὴν τε σπαρθὴν ἔχε εἰς τὴν ἔρωτο ἀμιλλαν
Δόκετο, ἐν τε χρόνῳ (σὺν θεῷ) ἰσθιπολύς!

Φιλαδέλφῳ

Φιλαδέλφός

ΙΩΑΧΕΙΜΟΣ ΦΛΕΜΙΓΓΟΣ,

ὁ τῆς Δέσσης Φρογι-

στειῖς Αρχιδιδασκαλῶ

καὶ Κυβερνήτης.

ΑΛΙ Ψ



ALIUD.

Εστι θεός μεγαλήθερος, λόγος θεϊκός
Ομπία, ἀμφοτέρωθεν εἰσὶ σφιν ἀντίετοι.
Εἰ καρδίαν ληπτήν ἰσχυροῦς Φιλήθερος, ὠμόε
Κέντηρος εἰσπνήλα ὀρνύφ ἤτορ ἔρω.
Ἄλλὰ χαλινοῖσιν σφετέρως λόγος ἐνθεν ἀνέλκη,
Τέχνη θεῖ, λόγῳ τὴν μαρτίαν δαμάσθ.
Ἄλλὰ λόγῳ μαρτίαν δύναται πλεον ἤμι, μέγιστον
Τὸν θεὸν ἐν καλέφν χερσὶ θεῖ αἰρομέναις.
Ὡς σφωίτερα καίμνη δύναμις θεοσέπῳ
Κρείπῳ ἐν διόδῳ ἴδε ἔρωτος ὁδόν.
Μὴ φίλον ἦσι, τὸ σὺν ἔξῃ, ἢ λύσσα ἔρωτος τε
Φλαῦρος νωτίξῃ ἡγεμονίῃ λόγῳ.
Γίνεσθαι ἔτω ἔρωτος θεῖος γάμος ἔξῃ, ἀνήρ
Τῶν νῦν, διαγέως καὶ νῦν ἀνδρα φίλῃ.
Σοί, τὸ ἔως ποιεῖς, συγχαίρω κηρόθῃ, μνήσθῃ,
Ὀλίξῃσι θεὸς συζυγίαν σεόθεν.

Aggratulans f.

M. Paulus Nato.

M. ERNESTUS VVULSTORPIUS,

MARGARETA PAULINA.

Per ἀνάγραμμα.

PANARETUS. AMOR. ARETE.

PLUS ANGIS, URIS VULTUM.

ESt in conspectu, CERERIS notissima famâ,
Metropolis, quondam Sorabis regnata vetustis;

C 2

Serve

Serveſtam, à VESTA, verteres vetère, vocantes:
Quam PIUS AUGUSTUS (quo PRINCIPE Luna
Conſpexere ſolo Numen vix mitius ullum) (vel Eos
Nunc tenet imperio, pæniſq; & munere frænat.

Hic (ſimulatq; novas in dixerat ænea pompas
Buccina) Relligio, Muſæq; & præſes Apollo,
Et, quibus in primis Socialia vincula curæ,
PAX, Charitûq; Trias, Cytherèa, & pronuba IUNO
Convenere, NOVIS, uno concorditer ore,
Omnes, gratatum SPONSIS, pactiſq; hymenæis.

Ecce, Deas inter ſubitò, carasq; ſorores
De TE, PANARETE ò! clarius quem phœbus ad
Erudiit, variâq; inſignem reddidit arte, (ungem
Mutua cernere erant lepidis certamina dictis.

PANARATUM quævis patriæ vocat ornamen-
Te SPONSE! ellogiisq; ve hit ſuper atria ſolis. (tum,
PANARETUM, quævis, Te, multo incenſa favore,
Ardet àmans, dextramq; cupit, conjungere dextrâ,
Sorte dari, & placidas audire & reddere voces. (SUS
PANARETUS, quævis (procul aſſentatio) SPON-
Eſt meus, inquit, honos, mea ſpes, mea maxima cura:
Quo ſine dulce mihi nil, quo ſine vivere amarum.
Idem omnes ſimul ardor habet mens omnibus una
eſt

(GISTRUM
PANARETI in ſeſe VULTUMq; oculosq; MA-
Accipere, atq; ſui monumentum ferre favoris.

Tan-

Tandem *Amor* his *Areten* compellat vocibus
Me *Sponse* virtus, *Spōsi* Te *Vultus* Honori (ultra:
Plus reliquis tenet: hinc *Sponsum* *Angis* & *ambigis*
unum,

Hinc *Uris* *Vultum*, hinc mirata infigne pudoris,
Insignesq; animi dotes, jucundaq; verba,
Expleriq; nequis mentem ardescisq; tuendo.

Panaretus nobis sit *Sponsus* semper-amicus:
Spōsa, *Arete*! quā grata beas, quam cara coronas,
Omnibus ex merito nobis sit semper-amica.

Hæc ita dum placidè diversâ mente geruntur,
Forte super veniens, multis quam curia curis
Distulerat, veneranda *Themis*, sic farier inquit:

O decora, et thalami gratissima Numina casti,
Germanæ! suavis quid vos contentio tardat?
Quæ tandem invidia est connubia tanta morari?
Hic sit *Panaretus*, vestri, me iudice, *Sponsus*
Totius ex æquo cætus: vos suspicit omnes,
Vos æquè toto colit omnes corde Sorores,
Vos oculis, manibusq; gerit, seu fundat opacas
Nox tenebras, radios seu lux producat eōs.

Ferte citæ punctum, date munera, promite vota.

Vix ea fata, ruunt magnâ stipante catervâ,

C 3

Gaudia

Gaudia gaudentes solidè. Pars tempora *Sponsi*,
Pars Sponse redimire comas viridante Smarag-
Pars niveis digitis aptare adamanta, decenter (do
Auro intertextum flammis imitante Pyropi.

Vivat, jo, vivat cum *Sponsâ Sponsus* in annos
Nestoreos, *Arete* exclamat, videatq; beatos,
Incolumes, multoq; in honore & flore futuros,
Natorum natos; & qui nascentur ab illis.

Sit felix *Sponsus*, sit *Sponsa* piissima felix;
Felix sit *Domus*, inquit *Amor*, sit *Dextera* felix
Panareti: Lis nulla Torum, vis nulla quietem
Disturbet, sævo rumpantur ut ilia Ibero.

Nec mora, nec requies: uno reliquæ ore fremere,
Exulet è thalamo *casti* turbator *Amoris*, (bant:
Asmodes, scelerumq; cohors, diræq; minæq;,
Quamq; juvat tædis nocuisse jugalibus, *Ate*:
Excubet at Thalamo *sacri* *Spirator Amoris*,
Quo Duce *Panareti* sedes, ædesq; beatas
Unquam nemo hominū sartas tectasq; negabit.

His inter Divas vario sermone Peractis,
Non tetulère Senes, Patres, matresq; Maresq;
Fratresq;, & juvenum chorus, innuptæq; puellæ:
Mirantur *Spōsum*, *Sponsam* mirantur honestam,
Spon-

*Sponsusq; & Sponse dant vota, & fata precantur
Prospera, nec dubiæ sensura pericula cladis.*

*Queis ego me sociū (quid enim jucūdius æquis
Quidve prius votis) gratantibus addo, precorq;,
Panarete, ex animo, collega & sponse, Magister,
Sint rata vota. Deus! Ductorq; & Pronubus ipse
Qui tædas, qui vota probas, qui fata gubernas,
Annue, dans nostris potiora & plura votis.*

ἔυχαι
adambb.

Johann Preusse.
S. B. ConR.



Ad Dn. Sponsum.

ET Tute, ò mihi plurimum colende!

Conjugas tibi fœminam pudicam,

Conjugas tibi floridam maritam

Amantemq; probè sui mariti:

Sic visum est dubio procul J E H O V A

Autori thalami jugalis: Ergo

Meum nunc erit, ut tibi recessu

Grater imo animi meo colendo

Amico; Mibi quando sed recusat

Pallas carmina longa & expolita,

Pro-

*Prolixissima vota ego relinquam
Cultioribus, & precor secundet
Summus ipse DEUS torum huncce vestrū,
Fœcundetq; hilares bonus penates
Multa progenie, quiete multa.*

Joh: Taschenberger.
S. A.



ALIUD.

P*rofit Conjugium, NOVIMARITI.*

Sic voto incipio, & repono chartam

Et crenam calami: quòd, experirer

Cùm vestris ego Nuptiis Phaleucos,

Versus fingere plurimos videbam.

SPONSO sit bene nubili: quid? immò,

VOBIS sit bene NUP TIIS-JUGATIS.

Plus te, SPONSA, oculis suis amabit,

Sponsa hæc, plus te oculis suis amabit

Sponsus, SPONSE, oculusq; corq; Phœbi.

Quid dicam amplius? Univerfa dicam:

Profit Conjugium, NOVIMARITI.

Georgius Möring
Servestanus,

ALIUD.

ALIUD.

Cum jam vincla tori subeas jucunda jugalis;
WULSTORPI, Phœbi gloria; lausq; decus.
Doctiloquus fidō gratatur phœbus alumno,
Gratantur, quotquot Numina Pindus habet.
Fæcundum venus alma Torum, Pallasq; perennem
Candida, felicem pronuba Juno vovet.
Gratulor ergo Tibi, perdocte polite Magister,
Numina quotq; vovent hoc precor ipse, Vale.

Congratar:

Job. Ummendorpius S. A.

PræSIDIUM eXistis, Chryste benigne, pils.

ALIUD.

I Ngenio & virtute gravis Neonymphe, Magister,
O quam probè consideras
Corde tuo, vacuo
Tempore brumali solum requiescere lecto
Tibi esse valde incommodum.
Propterea sociam

D

Adjun-

Adjungis tibi præclara virtute politam
Calore quæ te foveat, &
Gaudia mille tibi
Quæ pariat. Castam tibi gratulor Ergo maritam:
Sponsum, marita, candidum
Gratulor atq; tibi.
Et precor ex animo, tædas has, Christe, secundes,
Beesq; fœcundum torum, &
Pace fideq; liges.

Vovebat

Daniel Zimmermann
Cervetus.

ANNO

Ernst WVLstorff & Margarita PaVLLina
sVbeVnt fœDera TorI.



ALIUD,

Sponse quæ tibi quæ precer novelle?
Sponsa quæ tibi quæ precer venusta?
Et quæ vota feram secunda vobis?
Qui vis in Paphiæ Palæstram abire

Spon-

Sponse, & Conjugio sacro potiri,
Assurgat jubar in tuum, decusq;
Doctorumq; cohors canat virorum.
Quæ faustos iterum cupis mariti
Sponsa! adire Toros, tibi Jehova,
Adsit, vota q; prosperet secunda.
Cum non labra Sais mihi rigârit,
Hocce nostra ferat Camœna votum:
Vestras auspice quo faces jugales
Cœpistis, quoq; finiatis isto,
Opto, sidere prospero, bonoq;
Fœdus Conjugii Deus gubernet,
Sit nox nulla, precor, diesve tristis:
Nunquam Pax placida à focis recedat
Vestris, sed procul hinc Enyo vadat.
Lectum prole beet Jehova multâ,
Paucis omnia vota comprehendo:
Felix conjugium, torusq; felix.
Paucis pauca quidem illa vota verbis
Sunt concepta: sed hæc tamen profecta
De voto ex animo, fideq; purâ,
Ingens sunt habitura susa pondus.
En hæc, Sponse, tibi precor, novelle!

En hæc, Sponsa, tibi precor, venusta.
En hæc vota fero secunda vobis!
Vobis quæ jubet esse firma Numen.

F.

Christophorus Reichman.



ALIUD.

SI sepe Vates vana, & ficta sepius
Scriptis suis quàm plurimis
Retulisse numeros in suos nemo negat;
Cur non brevi quoq; carmine
Favore quas suo DEUS tædas ligat,
Laudare tempus postulet?
Castum, Potestas Trina, cum velit torum,
Hæc ipsa longè castior.
Nonne extitit primus Sacerdos, dum tuo
Adame, junxit pectori
Hævam? Probat res ipsa, nec non exitus,
Luisse sepe atrociam
Multos DEO supplicia legis turpiter
Fractæ haudq; servatæ viros.

Ergo



Ergo beatum jure quis non prædicet
Te, Sponse, Christo pronubo,
Cessura quis non ominetur omnia
Vestro toro ex sententia?
Sponsam TIBI cum legeris sat præditam
Condore, sic Natalibus
Non imparem Cura, Fide cum legeris
Virtutem multa præditam.

De proper: affectus ergo

Laurentius Janchius

Freistadio Elysius

Paranymphus.



APPENDIX.

Schimpff und Ernst /

Oder

Teutsche Schul-Clag.

SCHOLA LOQUITUR.

Wach Gott nun sey ja dieß geclagt
Mein Armseliger Stand /

D iij

Zu

Zu leben mir nicht mehr behagt

Unglück nimpt überhand /

Verfallen ist mir all gestalt

Zerschlagen all gebein /

Der Todt hat nunmehr fast gewalt

Über dem leben mein /

Zu dienen bin ich gwest bereit

Dem lieben Vaterland /

Dem ich auch ein geraume zeit

Genuzt in manchem Stand /

Dem Rathaus vnd der Kanzelen

Ich manchen Mann hergab /

Die Kirch vnd den Hausstand dabey

Ich wol versorget hab,

Nun es in nicht mehr geschehen mag

Mein Schwachheit ist zugroß /

Vnd nem noch ab von tag zu tag

Bin ganz von kräften loß /

Mein krafft aber gewesen ist

Die herlähende Jugend /

Die sich der Kunst zu ieder frist

Bevlissen vnd der Tugend /

Vnter mein disciplin vnd Lehr

Haben sie proficirt,

Das sie hernach mit rhum vnd Ehr

Heraus sind promovirt,

Aluff

11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

Die

Die Rutthus mir doch gar zu weh
Sprechen die jungen Bent
Ich wil Gracks greiffen zu der Eh
Wer fragt groß nachm Student/
Ich werd des dinges ungewohn
Der Schul mag ich nicht mehr/
Kan ich nicht meine Lektion
Musß ich mich legen hehr/
Das Musa ist mir viel zu hoch
Magister gar zu schwer/
Vnd was des plunders mehr ist noch
Ich kans nicht nennen hehr/
Ich bin nun gleichwol sechzehn Jahr
Zanah halb siebzehn alt
Het ich vmbß Maul ein wenig Har
Wolt ein Weib haben balt/
Doch hab ich kein Bart hab ich gelt
Das ist der Welt losung/
Den Dirnen offte auch wol gefelt
Ist er nur reich/ ein Jung
Darauff er zu der Buhlschafft geht
Beut ihr sein diensteahn
Welch balt Spricht ja/ die weil ihr steht
All Sinn nach einem Mann/
Denn offte die wahr viel gelten soll
Als solt sonst kein mehr sein/

Aber

Aber man muß zugeben wol
Wil man nicht legen ein.
Mich wundert das die Göttin groß
Frau Venus sich nicht schewt
Ihr heimlichkeiten also bloß
Zugeben solchen Leut /
Die billich noch nicht solten wissen
Wo Kinder kommen her /
Die haben sich schon lang beflissen
Des Handwerks / ja der Stör /
Das liebe Spiel ihn wol gefelt
Mit ihren grossen Schadn /
Dañ die Natur den Stich nicht helt
Über vermögn beladn /
Wie aus der Buttermilch ein Flich
Sie ziehen bald einhehr /
O hett ich doch gefreyet nie /
O wer noch ledig wer /
Die Hofn seind weit dem Dudetopff /
Die Backen Schrumpffen ein /
Die Augen stehn ihm tieff im Kopff
D' Strümpff flattern omb die Bein /
Gevattern auch zu bitten zwar
Der jungLass sich nicht schembt /
Ober kaum selbst vor wenig Jahr
Krochn auß dem Westerhembt
E Damit

Damit das Kind auch sagen kan
Seht Mutter seht doch hin
Wie der Bart hebt zu wachsen an
Dem Vater umb das Kin.
Das Glag ich arm betrübtē Schul
Das Wein ich auch offemals /
Ein ieglich Lecker wil ein Buhl
Han/ vnd ein Weib am Hals.

Siel besser hat der es gemacht
Dem ich wil gratulirn,
Sein sach anders genomn in acht
Kan nun wol Triumphirn,
Als er den grund geleet het
Vnter mein disciplin
Zog er vffr Univerlitet
Gen Wittenberg bald hin/
Die Mutter het er nicht so lieb /
Wie diß Milchhängste all
Noch ihn der Zeck der Liebe trieb /
Het sich g'schembt vor ein g'mahl /
Als er da zubracht etlich Jahr
In freien Künsten gut
Nach Franckfurt zu der reinen Lahr
Steht ihm sein Sinn vnd Muth /

Er

Er macht sich auff wol zu der Stad
Vnd sein sach so anfangt /
Das er mit ehr vnd ruhm den Grad
Magistri bald erlangt /
Izt dient er nun mit gutem lob
Dem lieben Vaterland /
Gott ihm auch noch beschert darob
Ein glücklichen Ehstand.
Zu Berenburg er mich regiert
Ein Rector wolgelart /
Zu Zerbst er heut die Braut heimführt
Ein Wittib wolgeart /
Herr Wulstorff ihr seid dieser Mann
Davon ich izt gered /
Dem Gott solch glück auß gnaden gan
Als ihr kaum gewünschet het /
Also lohnt er doch diese all
So ihn lieben vnd ehren /
Ihm dienen / thut sie auch zumahl
Geistlich vnd Leiblich mehrn.
Geht nun ihr Feinde Glarter Leut
Geht Spottet Lehr vnd Kunst
Ihr habt ein schön exempel heut
Was sie haben vor gunst.
Seht her ihr Väter ohne Bart
So mir entlauffen seid /

E ij

Ein

Ein solches glück auff diese Wart/
Welch außhalten ihr zeit.
Aber hier ende ich mein Clag
Ich arme Schul/ niemand
Ist doch/ was ich auch immer sag/
Dem z'herzen gieng mein Stand/
Ob ich gleich schon von weiten seh
Das kommen werd die zeit/
Das man wird Clagn mit Ach vnd Weh
Wegn mangel Glarter Leut.
Lebt vnter desz Herr Breutigam
Lebt ihr in guter ruh
Mit ewer Braut/ mehrt ewren Nahm/
Mit dem Wuntsch schließ ich zu.

Chilianus Gemmofius
Scholæ Interpres.

FINIS.

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M








B.I.G.

Farbkarte #13



Doctissimi,
STORPII S. A.
t. Rectoris

^{edz}
ULINÆ,
ERTI p. m.
primarii

; Servestæ
r.

re
fero.

